

CLARISSIMIS VIRIS
CONSVLIBVS FACVLTATIS
MEDICAE E.T
Pharmacopœæ in vrbe Florentina,
COLLEGIV M MEDICORVM S.

MAGNA cum ratione prudentiaque
à vestris antecessoribus constitutū
fuit, viri Clarissimi, ut omnes hu-
iues nostræ urbis Pharmacopœi, in
Medicamentis componendis, idem
Antidotarij exemplar sequentur: ne, si qui frau-
dem committere vellent, facultas illis adimeretur,
in eos animaduertendi. Quæ sanè fraus facile late-
re potuisset, si pharmacopœi Medicamenta sua ad
eandem normam componere coacti non fuissent.
Hinc factum est, ut qui id temporis Magistratu
fungebantur, collegio Medicorum prouinciam de-
derint, singulas Medicamentorum compositiones,
Receptas vulgo appellant, examinandi, ac in unum
quasi corpus colligendi: ijs animaduersionibus ad-
hibitis, quas Medicamentorum cōpositionibus ne-
cessarias iudicarent. Et hæc quidem omnia lingua
vulgari et vernacula, ut cùm his qui in urbe, tum
ijs qui in hac vniuersa ditione sunt, communia es-
sent. Quibus summa cum diligentia peractis, Com-
positiones omnes quæ in usu erant, in unum volu-

men

4

men transcriperunt , quod in hunc usque diem omnibus Pharmacopœis commune fuit.

Cæterum cum perierit hic liber , & alia pleraque noua Medicamenta in lucem prodierint: ijsdem impulsi rationibus , quibus maiores vestri , & vestros Pharmacopœos eandem regulam in Medicamentorum compositione sequi cupientes , Medicis huius ætatis precepistis , ut , per lectionem eo Antidotario quod olim in usu fuit , ea insuper illi adderent , que magno cum iudicio euulgata sunt .

Dum autem per omnia vobis satisfacere , ut decet , studemus , ea qua potuimus breuitate & perspicuitate in hunc librum collegimus , quicquid ad munus nobis iniunctum necessariò requiri posse arbitrati sumus .

Vos itaque conatum hunc nostrum boni consuere , & de eo , in Republicæ utilitatem , ac Dei gloriam , pro vestra prudentia constituere , etiam atque etiam rogamus .

A 4